proſint leoninis iubis alligandas. Nam hiænæ pelli ſimilem abominantur, diſcordialem do[...]ibus. Eam uero que unius coloris ſit inuictam athlætis eſſe. Argumentum eius ꝙ in olla plena olei cocta cum pigmentis, & intra duas horas ſubferuefacta unum colorem ex omnibus faciat minij. Acopis nitro ſimilis eſt, pumicoſa, aureis guttis ſtellata. Cum hac oleum ſubferuefactum perũctis laſſitudinem (ſi credimus) ſoluit. Alabaſtrites naſcitur in Alabaſtro Ægypti, et in Syrię Damaſco cãdore intercincto uarijs coloribus. Que cremata cum foſſili ſale, ac trita, grauitates oris, & dentium extenuare dicitur. Alectorias uocant in uentriculis gallinaceorum inuentas cryſtallina ſpẽ, magnitudine fabæ. Quibus Milonem Crotonienſẽ uſum in certaminibus inuictum fuiſſe, uideri uolunt. Androdamas argenti nitorem habet ut adamas, quadrata, & ſemper teſſelis ſimilis magnis, putantq; nomen impoſitum ab eo, ꝙ impetus hominum, & iracundias domet. Eadem ſit an alia argyrodamas, autores non explicant. Antiphates nigra non trãſlucet. Experimentũ eius ſi coquatur in lacte, facit. n. hoc myrrhæ ſimile immiſſa.

Acopis

Alabaſtri

Androd.

Eãq;

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG